

**MASS PROPER: OCTOBER 17, ST. MARGARET MARY ALACOQUE,
VIRGIN**

MASS *Sub umbra* (white)

INTROIT Cant. 2: 3

Sub umbra illius, quem desideráveram, sedi: et fructus ejus dulcis gútturi meo. Ps. 83: 2-3. Quam dilécta tabernácula tua, Dómine virtútum! concupíscit, et déficit ánima mea in átria Dómini. Glória Patri et Fílio et Spíritui Sancto, sicut erat in princípio, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen. Sub umbra illius, quem desideráveram, sedi: et fructus ejus dulcis gútturi meo.

Under the shadow of Him Whom I had desired, did I sit: and His fruit was sweet to my taste. (Ps. 83: 2-3) How lovely are thy tabernacles, O Lord of Hosts! My soul longeth and fainteth for the courts of the Lord. Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Spirit, as it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen. Under the shadow of Him Whom I had desired, did I sit: and His fruit was sweet to my taste.

COLLECT

Dómine Jesu Christe, qui investigábiles divítias Cordis tui beátæ Margarítæ Maríæ Vírgini mirabiliter revelásti: da nobis ejus méritis et imitatióne; ut, te in ómnibus et super ómnia diligéntes, jugem in eódem Corde tuo mansiónem habére mereámur: Qui vivis et regnas, cum Deo Patre in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

Lord Jesus Christ, Who didst reveal the unsearchable riches of Thy Heart to blessed Margaret, the virgin, grant us, by her merits and our imitation of her that, loving Thee in all things and above all things, we may deserve to have our continual abode in that same Heart of Thine. Who lives and reigns with God the Father in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

EPISTLE Ephes. 3: 8-9, 14-19

Fratres: Mihi ómnium sanctórum mínimo data est grátia hæc, in géntibus evangelizáre investigábiles divítias Christi, et illumináre omnes, quæ sit dispensátio sacraménti abscónditi a sæculis in Deo, qui ómnia creávit. Hujus rei grátia flecto génuæ mea ad Patrem Dómini nostri Jesu Christi, ex quo omnis patérnitas in cælis et in terra nominátur, ut det vobis secúndum divítias glóriæ suæ, virtúte corroborári per Spíritum ejus in interiorem hóminem: Christum habitáre per fidem in córdibus vestris: in caritate radicáti et fundáti, ut póssitis comprehendere cum ómnibus

Brethren: To me, the least of all the Saints, is given the grace to preach among the Gentiles the unsearchable riches of Christ: and to enlighten all men, that they may see what is the dispensation of the mystery which hath been hidden from eternity in God, Who created all things: For this cause I bow my knees to the Father of our Lord Jesus Christ, of Whom all paternity in heaven and earth is named, that He would grant you according to the riches of His glory, to be strengthened by His Spirit with might unto the inward man, that Christ may dwell by faith in your hearts: that

sanctis, quæ sit latitúdo et longitúdo et sublimitas et profúndum: scire étiam supereminéntem sciéntiæ caritátem Christi, ut impleámini in omnem plenitúdinem Dei.

GRADUAL Cant. 8: 7

Aquæ multæ non potuérunt exstinguere caritátem, nec flúmina óbruunt illam..(Ps. 72: 26) Defécit caro mea et cor meum: Deus cordis mei, et pars mea Deus in ætérnum.

LESSER ALLELUIA Cant. 7: 10

Allelúja, allelúja. Ego dilécto meo, et ad me convérsio ejus. Allelúja.

GOSPEL Matt. 11: 25-30

In illo témpore: Respóndens Jesus, dixit: Confíteor tibi, Pater, Dómine cæli et terræ, quia abscondísti hæc a sapiéntibus et prudéntibus, et revelásti ea párvulis. Ita, Pater: quóniam sic fuit plácitum ante te. Omnia mihi tráditá sunt a Patre meo. Et nemo novit Fílium nisi Pater: neque Patrem quis novit nisi Fílius, et cui volúerit Fílius reveláre. Veníte ad me, omnes, qui laborátis et oneráti estis, et ego refíciam vos. Tóllite jugum meum super vos, et discite a me, quia mitis sum et húmilis corde: et inveniétis réquiem animábus vestris. Jugum enim meum suave est et onus meum leve.

OFFERTORY Zach 9: 17

Quid bonum ejus est et quid pulchrum ejus, nisi fruméntum electórum et vinum gérmans vírgines?

SECRET

Accépta tibi sint, Dómine, plebis tuæ múnera: et concéde; ut ignis ille

being rooted and grounded in charity, you may be able to comprehend with all the Saints, what is the breadth and length, and height and depth: to know also the charity of Christ which surpasseth all knowledge. That you may be filled unto all the fullness of God.

Many waters have not been able to quench charity: neither shall floods drown it. V. (Ps.72: 26) My flesh hath fainted, and my heart: O God, the God of my heart, and my portion forever.

Alleluia, alleluia. V. (Cant. 7: 10) I unto my Beloved: and His turning is toward me. Alleluia

At that time, Jesus answered, and said, I praise Thee, O Father, Lord of heaven and earth, because Thou hast hid these things from the wise and prudent, and hast revealed them to little ones. Yea, Father; for so it hath seemed good in Thy sight. All things are delivered to Me by My Father; and no one knoweth the Son, but the Father; neither doth any one know the Father, but the Son, and He to Whom it shall please the Son to reveal Him. Come to Me, all you that labor, and are burdened; and I will refresh you. Take up My yoke upon you, and learn of Me, because I am meek, and humble of heart; and you shall find rest to your souls: for My yoke is sweet, and my burden light.

What is His good, and what is His beautiful thing: but the corn of the elect, and the wine springing forth virgins?

May the offerings of Thy people be accepted by Thee, O Lord, and grant

divínus nos inflámmet, quo de Corde Fílii tui emisso beáta Margaríta María veheménter æstuávit. Per eúndem Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

COMMUNION Cant. 6: 2

Ego dilécto meo, et dilécto meus mihi, qui páscitur inter lília.

POSTCOMMUNION

Córpore et Sánguine tui, Dómine Jesu, sumptis mystériis: concéde nobis, quæsumus, beáta Margaríta María Vírgine intercedénte; ut, supérbis sæculi vanitátibus exútis, mansuetúdinem et humilitátem Cordis tui indúere mereámur: Qui vivis et regnas, cum Deo Patre in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

that we be enkindled with that divine fire sent forth from the Heart of Thy Son, with which blessed Margaret was so ardently inflamed. Through the same Jesus Christ, Thy Son, our Lord, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

I unto my Beloved, and my Beloved unto me: He that feedeth among the lilies.

Having received the mysteries of Thy body and blood, we beseech Thee, O Lord Jesus, grant us by the intercession of blessed Margaret, the virgin, that, putting off the proud vanities of the world, we may have the grace to put on the meekness and humility of Thy Heart. Who lives and reigns with God the Father in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.